



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consti=||tvitiones In Di-||oecesana Synodo
Vvla-||dislaviensi**

Karnkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

Titvli Tertiae Partis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)

CONSTITVTIO

NVM VVLADISL A-
VIENS. PARTIS III.

TITVLVS I.

DE VITA ET HONESTATE
Clericorum.



Clerici tanq̃ in sortē Do- Sess. 14. c. 6
mini vocati, & interno
mētis affectu, & signis eti
am exterioribus, promit
tant pietatem, seruēt ani
mum à vitijs purum : literarum sci
entia pectus imbuant ; gestu et in
cessu graues sint ; vt argumento esse
queāt, quòd mentem pacatam & per
turbationibus vacuam gerant : vesti
tu quoque decenti, & ad statum cu
iusque accomodato vtantur ; Ni
hil sectum, nihil acupictum, nihil e
laboratum ad corporis cultum exte
riorem adhibeant : Niteant potius,
quàm splendeant, absint sordes, ad
sit mundities. Tonsuram ferre non
prætemittant, quã nonnulli Christi

I.

i coro-

Germ. Cō
 stātinop.
 de rebus
 Ecclesi.
 Cōci. Tole
 ta. quartū
 cap. 40. Di
 oni. In Ec-
 cle. Hiera.
 Turon. li.
 4 hist. Au-
 gust. de o-
 pere Mona-
 cho. & in
 Retract.

Eccle. 19.

3.
 Sess. 23. c. 6

coronam spineam significare existi-
 mant. Alij verò, quia Petrum & Io-
 annem Apostolos, raso capillitio à
 Gentibus derisos fuisse cōmemorāt,
 ideò putant morem ex eo tractum, vt
 vniuerso Clero cedat honori, quod
 pro Christo Apostolis eius, contume-
 lię loco fuerat irrogatū. Nec impro-
 bandi sunt & illi, qui, cū pars hæc
 superior capitis rasorio purgatur,
 significari voluerunt, prauas &
 abditas cogitationes, ex animis no-
 stris fortiter esse ressecandas. vtcun-
 que tandem res habet, bonū est minu-
 tas etiā in speciem cæremonias non
 negligere. Accidit enim non rarò, vt
 qui modica spernit, paulatim deci-
 dat. Quod si quem ex Sacerdotibus
 vel Clericis, nostrū hoc mandatum
 transgredi cognouerimus, in eum
 pœnas, Decreto Synodi Tridentinæ
 statutas, extendi curabimus.

4.

Domi verò sic viuant, vt omni
 tempore ad tremendum illud Missæ
 sacrificiū peragendum sint parati, vt-
 que preces eorum quas fundunt pro
 plebe, in conspectum D E I ascen-
 dant.

dant, & sint ad impetrandum id
quod petunt, efficaces. Ebrietatem
veluti vastum quoddam vitiorum
omnium pelagus, summo studio fu-
giant, quasi grauati & obruti fue-
rint, non multum sanè à brutis &
pecudibus videbuntur abesse.

Mulieres asciticias vel subintrodu-
ctas, tanquam anathema de medio
sui abijciant, nec vllas in suum cõui-
ctum admittant, nisi ætate prouectas,
vel genere propinquas, iuxta Cano-
num præscripta, in quas nulla cadere
possit suspicio. Sacerdotem enim, &
crimine & suspicione criminis vaca-
re oportet. Meminerint se esse Deo sa-
cratos, non esse suos, nec iuris sui, sed
eius, cui se totos deditione spõtanea
mancipârunt. Sumētes erga membra
Christi, facient ea membra scorti?
absit. Terreantur illa PAVLI vo-
ce: Qui adhæret meretrici, vnum
cum ea corpus efficitur. Quod si quē
ex Sacerdotibus Diœcesis nostræ,
hoc turpi crimine deinceps teneri
cognouerimus, is certò sciat, se pœ-
nā experturum esse, quam aduersus
i 2 eius.

5

Luc. 21.

6.

Nicæ. Syn.

ca. 3. Ancy

rana. ca. 19

6. Syn. ca. 5

2. Nicæ. ca.

18. Gerūd.

ca. 7. Braca

ren. 1. c. 15.

Euse. li. 7.

Eccl. histo.

ca. 26. de

Samosat.

Niceph. li.

6 c. 30. hist.

1. Cor. 6.

7.

Sessi. 25. c. eiusmodi sacerdotes flagitiosos, Con
 14 reſor. cilium Tridentinum præſcripſit. Nō
 gene. ſine cauſa monet vel mandat potiùs
 1. Cor. 5. Apoſtolus: Auferte malum ex vobis.
 8. Eſt enim periculum, ne aliorum exē-
 Iaco. 1. plum noceat alijs; neue modicum
 Homil. 21. fermentum totam maſſam corrup-
 ad populū pat. Quam ob rem, quoties tentan-
 Antioc. tur à concupiſcentia ſua abſtracti, &
 Ephe. 6. illecti, quoties eos titillat peccatum,
 Iaco. 4. & inſtat inimicus, quærens vt deuo-
 Ambro. ret, ſemp vocis illius præclare memine-
 Hieron. de rint, quã uſurpare nos iubet Chryſo-
 virginie ſtomus: Abrenuntio tibi Satana, &
 adhæreo tibi Chriſte: eaque vtan-
 tur in tentationibus ſuis omnibus.
 Sic enim futurum eſt, vt faciliùs per
 Dei gratiã ignea Sathanę tela extin-
 guant, & cùm Diabolo reſtiterint, fu-
 giat ab eis. Nam verè fatetur quidam
 ex patribus: Nos cum vitijs mortuis
 habere conflictum, quibus diligen-
 ter prouidenda eſt ſepultura, ne ad vi-
 tam priſtinam redeant. Pudeat itaque
 Chriſtianum, in domino viuentem,
 rem mortuã vincere non poſſe. Salua-
 tor noſter oppreſſit Satanam, eumq;
 contri-

contritum tradidit conculcandum
discipulis. Quare nostrum est calca-
re oppressum hunc Draconem, nec
pati, vt caput efferat, vel corpus attol-
lat. Nam & Propheta formatum esse
dicit, ad illudendum ei. et Paulus cō-
stanter pollicetur: Deus conteret Sa-
thanā sub pedibus vestris velociter.

9

Psal. 103.
Rom. 6.

Quin & Moyfes, peccatum in foribus
nostris esse dicit, cui nisi aperiamus,
ad nos intrare non poterit. Hęc om-
nia eò pertinent deniq;, vt sciant om-
nes, DEI seruis nihil eorum esse im-
possibile, quę mandātur à nobis, cū
sint in ipsis nobis voluntateque no-
stra posita. Nunquam enim deest gra-
tia & præueniens & subsequens, qua
adiuti, nihil non in domino rectè
possumus.

Gene. 4.

10.

Ludum taxillorum, chartarum,
aleę, talorum, ac tesserarum, arma,
venatum, tabernas, mercaturam, &
omnes auaritię sordes, Diœcesis no-
stræ Clero prohibemus. Honestis ta-
men recreationibus, quas iura per-
mittunt, quo minùs vtantur non im-
pedimus, modò absit in ludo, pecu-

II.

i 3

niã

12

nię vel turpis alterius rei cuiuscunq;
pactio. Caueant Parochi & alij sacer-
dotes, ne vnquam eodem carpēto ve-
hantur, cum quibuscunq; tandem
siue domesticis, siue externis mulie-
ribus, nec eas ad mercatū vel encānia
Ecclesiarum secum adducant. nam
preterquam quod res est eorum per-
sonis indigna, & quasi certū pollutæ
mentis incontinentiæq; testimoniū
etiam turpe est passim, rideri sacerdo-
tem à populo, ob vitæ flagitium: ma-
ximè verò periculosum, exēplo suo
nocere proximo. Et enim: Væ homi-
ni illi, per quem scandalum venit.

Matth. 18.

Psalm. 14.

& 54.

Ezec. 18.

Deut. 23.

Hier. super

Ezec. 18. ca.

Nicæ. Cōc

ca. 7. vide

Ruffi. li. 1.

hist. Eccle

Ambr. de

bono mor

tis & causa

14. quest. 4

Si quis.

Ephē. 5.

Luc. 6.

Matt. 5.

Vsurę vitiū in vtroq; ordine, spiri-
taliū & seculariū latissimè pa-
tet, estq; adeò peruulgatum, vt iā pro-
pè omnem vitij naturam eorum iu-
dicio exuisse videatur. Itaque dent o-
peram omnes Clerici, vt ab eo absint
quàm longissimè. Quin doceant
etiam alios, vsuram esse, quicquid
preter sortem prouenit, & auaros
Regnum Dei possidere non posse.
Adferant & illud euangelicum, se-
peque inculcent auditorum animis:

Mutu-

Mutuū date, nihil inde sperantes.
 Nam rapacitatis genus est, cū pecu-
 niam mutuam dederis, velle ex ea lu-
 crum facere, & augere tuas res incō-
 modo alieno. Quod tetrum imma-
 neque scelus, ne gentiles quidem im-
 pij ferendum esse putauerunt.

Cic. lib. 2.
 de officijs.
 Amb. in li.
 de bono
 mortis.

TITVLVS II.

De Officio Confessarij.

Confessario magnum incumbit
 onus purgandi sacramento pœ-
 nitentię animas confitentium. Quā-
 obrem cū iudicis & medici perso-
 nam sustineat, grauitatem benigni-
 tate temperatam habeat necesse est,
 nec sit eorum rudis, quę ad iudici-
 um faciendum, & ad morbos fu-
 gandos pertinent, vt inter pecca-
 tum, & non peccatum: inter le-
 pram & non lepram: inter venia-
 le & mortale: commissum & o-
 missum, discrimen faciat: vtque sic
 ægro condoleat, quò possit magis
 indulgens pater, quàm seuerus iu-
 dex videri. Qua in re commen-
 datur præcipuè diui AMBROSII

I.

i 4

cle-

clementia, quem tradunt erga confidentes sic affici solitum fuisse, vt eorum peccata veluti propria defleuerit, exemploque suo, ad agenda pro delictis poenitentiam, eos incendit.

2. Cor. 11. Quis infirmatur, Apostolus inquit, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Quam ob rem, ea sint mente praediti Confessarij nostri, vt condolere possint his qui ignorant & errant, eorumque languoribus, qui siue fragilitate humana, siue alio quocunque tandem modo deliquerunt, praesentem opem adferre. Quam ad rem, prudentia, bonitateque opus est. In primis vero Confessarium potestate praeditum esse oportet, siue ordinaria, siue delegata: qua si fuerit destitutus, nihil aget, frustra que laborem capiet.

3. Adhibeat autem & scientiam, vt, cum opus est, casus incidentes prudenter expendere, nodosque conscientiarum recto iudicio dissoluere queat. Porro in ea re, sacrarum literarum, iuris Canonici, & Statutorum Synodaliu cognitio potissimum locum habet.

4. 5.

Etiam

Etiam atque etiam videat, qualem confitentes contritionem, siue attritionem adferant; tum quale sit peccatum quod Confessione exponitur, quibus sepiatur circumstantijs, & an ea mutant speciem peccati: Num habeat excommunicationem annexã, & reliquas censuras Ecclesiasticas: qui sint Casus Pontifici Maximo & ordinario reseruati; an sit restitutioni locus, an sit integra Confessio, & quibus casibus repeti debeat. Sciat profatu cuiusq; personæ accommodandum esse Confessionis modum, vt aliter eorum qui sunt liberi, aliter qui matrimonio iuncti, aliter Laicorū, aliter Clericorum exploretur conscientia. De his enim peculiariter quisque erit quærendus, in quibus versatur ipsius officij ratio.

Propter Sacerdotes verò confitentes, necessarium videtur, vt Confessarius Casus nouerit, ex quibus contrahitur irregularitas, vel vt saltem in his dubitare sciat, quo possit vti peritiorum consilio.

Hæc omnia quæ diximus peti possunt

i s sunt

6.

Vide hac de re instruct. in Syno 6. gener. Cōstātin. cap. 202. & Syno. Vornac. ca. 7.

7.

sunt ex D. Thoma vel alijs, præsertim verò Caietani Sūmula in verbo Confessarius. Multa quoque eius generis extant in Summis Antonini, Pifani, Syluestri, Angeli, & reliquorum. Sed nobis directorium Reuerendissimi Patris Polanci Societatis IESV, & ob ipsius breuitatem, & ob argumenti seriem ac perspicuitatē, præcipuè probatur: quod omnibus Confessarijs & Parochis Diœcesis nostrę quàm cōmēdatissimū esse volumus: vt eo, tanquā certa quadā regula vtantur, in periscrutandis hominum conscientijs: erit enim illis multarū summarum instar.

8. Neq; verò sic existiment Cōfessarij, ad eorū mun⁹ ritè obeūdū, summā illā et exquisitā sciētīā requiri, sed satis esse sciant, si ea sufficiens fuerit, et si coniunctam habeat prudentiam.

9. Neque tamen hoc propterea dictū esse volumus, vt hi suum in perdiscendis conscientię casibus, & libro pœnitentiali diligenter versando, studium remittant, sed ne animum abijciant, & pondere huius muneris

neris terreantur. Videant autem 10.
 vt pro peccatis occultis, secretam:
 pro manifestis verò, publicam pœni- Scff. 24.
ca 8.
 tentiam confitentibus iniungant, vt
 si quos exemplo suo ad malos mores
 prouocârunt, eosdem emendationis
 suę testimonio ad rectam reuocent
 vitã. Nobis tamen licebit, si res posce-
 re videbitur, mutare genus hoc publi-
 cæ pœnitentiæ, in aliud quoduis secre-
 tũ, iuxta sacri Cõc. Tridēt. decretum.

Fœneratorũ, & qui contractib⁹ ini- II
 quis operã dant, peculiarẽ nostri Con-
 fessorij curã gerant, eorumq; cõscien-
 tias verbo Dei, & sceleris magnitudi-
 ne terreãt, nec absoluant, nisi debita Vide cõsti-
tut. Greg.
X. in Cõc.
Lugdunc.
 restitutio aut satisfactio prius inter-
 cedat, & nisi spondeant, se ab hoc tã-
 to scelere, deinceps fore alienos.

TITVLVS III.

De Concionatoribus.

QVoniam in prædicãdo Dei ver-
 bo maxima pars muneris nostri
 versatur: Si Euangelizauero, inquit 1. Cor. 9.
P A V L V S, non est mihi gloria, ne-
 cessitas enim mihi incūbit. Væ enim
 mihi, si nō Euāgelizauero: dabitur à
 nobis

I. nobis opera, vt, quo ad eius fieri poterit, Deo suam gratiam inspirante, Cōcilij Tridentini præscripto, nos paru-

Sessi 5. c. 2
& 24. c. 4

2.

isse, oues nostræ videant. Ad hoc autem tam diuinum munus exercendum, quo paruulis doctrinæ panis frangitur, infirmorum fides roboratur, conscientiæ vel terrentur profligatæ, vel eriguntur perculsæ: nullū absque probatione diligenti, testimonioque nostro admitti volumus.

3.

Quod si quis ingesserit seipsum, nobis inscijs, factum hoc suum non feret impunè.

4.

Prouidebitur autem à nobis, vt qui verbo Dei prædicando fungi debent, sint tales, quos & pietas, & vitæ honestas, & doctrinæ puritas cōmendent, vtque populum tam lingua, quàm exemplo edificent. Pulchrum est enim, cum de Concionatore illud dicitur, quod olim de quodam ex veteribus dictum legimus: Hic est, qui quale habet verbum, talem habet & vitam. Nam in vita Concionatorū

Euse. li. 6. multum est positum, libentiusq; populus ea facit, quæ à suis prædicatoribus

ca. 3 Eccle.
histor.

bus

bus fieri videt. Quare, dent operam
 omnes qui hoc munere fungentur,
 vt eorum vita cum doctrina consen-
 tiat. Turpe est enim Doctore, cum à
 sua culpa redarguitur. Et Apostolus
 eos qui eiusmodi sunt, acerbè repre-
 hendit. Qui alium, inquit, doces, te ip-
 sum non doces? qui prædicas non fu-
 randum, furaris? qui dicis non mœ-
 chandum, mœcharis? qui abomi-
 naris idola, sacrilegium facis? qui in
 lege gloriaris, per præuaricationem
 legis Deum inhonoras? Itaque me-
 minerint se DEI causam agere, &
 pro ipso apud populum legatione fun-
 gi. Eorum interest, parare viam Do-
 mino, rectas facere semitas eius; cura-
 re vt sint praua indirecta, & aspera in
 vias planas, vt homines pœniteant, et
 credant Euangelio, vt per bona ope-
 ra certam vocationem suam faciant,
 & eum quem optant, salutis portum
 attingant.

Fabulas aniles, sales, scommata, ioc-
 cos, intermisceri concionibus prohi-
 bemus; præstat enim gemere, pectus
 tundere, suspiria ducere, & plorare
 populū

5.

Rom. 2.

6.

Marc. 1.

Esa. 40.

7.

Marc. 1.

2. Pet. 1.

8.

Rationē p̄
 didici ver-
 bi Dei, vide
 in Cō. Late-
 ran sub Le-
 one. X. Ses-
 sio. II.

populum in sacris sermonibus audiendis, quàm risu, cachinnoque solui. immodestas etiam inuectiuas, asperam verborum acrimoniã, probra, conuicia, historias suspectas, legendas parùm probatas, omitti volumus, nec citari obscuros auctores vel ineptos, satis alioqui magnum campum prædicatori suppeditare possunt sacre literæ, & probati Ecclesiæ doctores, nihil vt sit necesse eiusmodi præsidia a-

9. bilium scriptorum numero. A miraculis vulgandis, concionatores abstineant quo ad eius fieri potest. Ac si

10. quando vsus venerit, & res, vt aliqua corum habeatur mentio, postulauerit, sobriè, modesteque id fiat, serueturq; hac in parte Leonis Decimi prohibitio, in Lateranensi Concilio Sessione XI. edita.

Vide Cõe.
Carthag. 3
Cano. 47.

11. Nolumus etiam, vt sint Concionatores nimium & impensè curiosi in hæreticorum argumentis publicè recensendis. Quod si quãdo vsus incidit, vt ea referre sit necesse, dēt operã, vt

vt nō tam longa disputatione, quā
 graui redargutione cōfutantur. Quā
 ad rem, valebit scriptura sacra, Eccle-
 się auctoritas, Conciliorū decreta, pa-
 trum probatorum testimonia, & re-
 cepta longo vsu consuetudo, quam
 nostri maiores pro lege semper habē-
 dam esse duxerunt. Inter concio-
 nandum verò, non quærant popu-
 larem applausum, nec se vulgi iudi-
 cio accommodent. atq; ideo ab om-
 ni fūco, & orationis pigmentis om-
 nibus abstineant. sed grauius & pru-
 denter officio suo fungantur, nihil
 aliud quærentes: quā commodum
 & salutem ouium, quarum pascen-
 darum curam susceperunt. Fiant
 exemplo Pauli, omnibus omnia: o-
 portet enim eos cum pueris pueraf-
 cere, cum rudibus rudiores fieri, alijs
 lac præbere, alijs solidum cibum.

12.

13.

14.

1. Cor. 9.

1. Cor. 3.

15.

Sess. 4. c. 2.

Ruffi. li. 2.

ca. 9. Hist.

Concilium

6. Constāti

nop. ca. 12.

In scripturis verò producendis, nō
 alia vtantur, quā editione vulga-
 ta, earumq; intelligentiam, illorū
 clarissimorum Ecclesię luminum,
 Basilij & Gregorij exemplo, non
 ex priuata præsumptione pessimo
 præce-

præceptore, sed ex maiorum scriptis
& auctoritate sequantur. Adhibeant
interpretes probatos Ecclesiæ docto-
res, vel alios huius temporis expeti-
tores, viros Catholicos. Nullis pror-
sus vtantur hæreticis, illorumque le-
ctione, sibi seriò interdictum esse no-
uerint: impossibile est enim, ex lacu-
nis, quæ aquam viuam continere nõ
possunt, salutarem hũc haustum pe-
tere. Nam hæreticorum commen-
tarij, nõ ad aliud facti videtur, quàm
ad subuersionem audientium. Quos
hac ætate nostra non pauci sequuti,
exciderunt à fide, seque inseruerunt
doloribus multis, semper discentes,
& nunquam ad scientiam veritatis
peruenientes. Quare libros eiusmodi
veluti pestem præsentem omnibus
modis caueant, eorumque etiam au-
ditum horreant.

Hac autem in doctrina, suũ quoq;
& peculiarem locum obtinet tradi-
tio, quæ non est postrema Euangelij
pars. Quam quò magis fastidiunt hæ-
retici, hõc erit nobis maiore studio
retinenda, cum & Apostolus peram-
bulans

16

17

2. Tim. 2.

2. Tim. 2.

1. Tim. 6.

2. Tim. 3.

18.

Sess. 4. c. 1.

Dion. li. 1.

Eccl. hier.

ca. 1. Epip.

here. 61 cõ

tra. apost

licos.

Basi. de Spi

rit. San. ca.

27. 29.

Act. 15.

bulans Syriam & Ciliciam, custodire
 præcepta Apostolorum & Seniorum
 docuerit: Et Thessalonicenses hor-
 tetur, vt teneant traditiones, quas di-
 dicerint, siue per Epistolam, siue per
 suum sermonem. Quam ob rem ve-
 rè dixit os illud aureum Ioannes Epi-
 scopus Constantinopolis: Traditio
 est, nihil quæras amplius. Et Ieius a-
 qualis Basilius: Te pacatum reddat
 traditio, Dominus ita docuit, Apo-
 stoli prædicârunt, Patres obseruârunt,
 confirmârunt Martyres, sufficiat di-
 cere, Sic edoctus sum. Et item alius:
 Si Christianus es, crede, quod traditū
 est. Sed hîc magna cautione opus est
 prædicatori, ne incertas pro certis, fal-
 sas pro veris, profanas pro sacris, hære-
 ticas pro Apostolicis traditionibus
 amplectatur. Habent enim traditi-
 ones quoque suas hæretici, quibus scū
 nihil nobis commune esse debet. Ex-
 tant autem libri Catholicorum de
 traditionibus Apostolicis conscripti:
 & sunt ex passim obuix in scriptis ve-
 terum, vndè, cūm res postulauerit,
 certa de illis doctrina sumi potest. Si
 k enim

2. Thess. 2.
 Tertul. li. 2
 ad Vxo. Cy-
 pri. in Ser-
 mo de ab-
 lut. ped. Hi-
 ero. ad Lu-
 ciniū. epist.
 29. & cōtra
 Lucife. De
 finit. 2. Sy-
 nod. Nicæ.
 Chryf. ho-
 mi. 4. in 2
 Thessal.
 Basil. in ho-
 mil. contra
 Sabell. &
 Arrium.

19.

Tertul de
 carne Chri-
 sti.

20

21.

22 enim omnes traditiones (quod velle videtur huius temporis hæretici) respuedas nobis esse existimauerimus, ipsum etiam Euangelium, ad nudum nomen contrahamus necesse est.

TITVLVS IIII.**DE SCHOLIS.**

1 **I**N Scholis rectè instituendis quantum sit positum, docet horum temporum infœlicitas, in quibus hæresum tanta seges, non aliundè, quàm à scholis infectis sumpsit incrementa. Ibi enim instituitur tenera iuuentus, quæ suo tempore tam Ecclesiæ, quàm Reipublicæ, vel vsui futura est, vel incommodo. Et ferè tales euadunt discipuli, quales fuerint præceptores sortiti: vt in multis etiã viris magnis, notata sint non rarò præceptorum vitia. Nam illa puero-
2 exuit, quem recens imbibit. Quam ob rem diligenter per scholasticos Ecclesiarum nostrarum prouideri volumus, vt ea quoq; pars Ecclesię sit integra. Nemo præficiatur scholæ, nisi
3 nostro

nostro vel Officialis nostri iudicio probatus. Priusquam verò ad eam gubernandam accesserit, mādamus, vt fidei professionem faciat, seque Catholicum esse doceat. Non enim expedit iuuentutem in eorum disciplinam tradere, qui corruptores sunt magis quam præceptores, & ea docent, quæ sunt postea magno labore dediscēda.

Videat etiā scholasticus Ecclesię nostrę, quid magister scholę doceat in scholis, qua vtatur methodo, quos prælegat auctores discipulis. Iubeat eū ex omnibus optimos quosque deligere. vsū scientiarū tradat fideliter, vt nō tantū eas discāt auditores & memorię cōmēdent, verū etiā sciant, quæ ex eis fructus petendus, & quo modo sint ad scriptorū grauium intelligentiā accommodandæ. Ministræ sunt enim eorū studiorum, in quibus ætatem grauiorē, eos postea collocare oportet.

Non minorem quoque præceptores pietatis curam gerent, certisque diebus, vel Catechismum Romanum, vel alium quempiam scholastico probatum, discipulis

4
5
Vide Cōc.
Lateran.
sub Leone
X. cap. 7.
Sessi. 9.

1. Tim. 4. ediscendum tradent, eosque in
 pietate Christiana sedulo instituent.
 7 Hęc est enim quę valet ad omnia,
 8. promissionem habens vitę, quę nūc
 est & futurę. Turpe est autem in do
 ctrina factis progressibus, nullam ho
 nestatis & bonorum morum curam
 9 ducere, sine quibus si quis in doctri
 na proficit, deficit. Quamobrem im
 10 puros & impudicos scriptores, qui
 moribus puerorum officere possunt,
 legi prohibeat. Hoc enim quęritur
 11 à nobis, vt non magis docti sint no
 strę scholę alumni, quàm pij. Quam
 etiam ad rem, vita præceptoris ma
 gnum adferet momentum, nimirū
 si talis ea fuerit, in quam nulla iusta
 cadere possit reprehensio. Nam vt
 infantes nutricum, sic pueri vitam &
 mores præceptorum sæpè referunt.
 12 ideoque ex veteribus quidam scriptū
 reliquit: Maxima debetur puero reue
 rentia. Si quid turpe paras, huius tu
 ne contempseris annos. Quę sit au
 tem instituendę iuuentutis ratio,
 præscripsit Sacra Tridentina Syno
 18. dus, ex qua sumet scholasticus ea,
 quę

quæ videbuntur ad rem præsentem necessaria.

Curam verò scholarum Parochialium, penes Ecclesiarum Parochos esse volumus, qui diligenter operam dabunt, quò ætas tenera, quæ ibidem instituetur, non alios Catechismos ediscat, quàm Catholicos: & ita instituat, ut bona spes sit, eam foelicitè iactis ibi fundamentis, ad magnā, per Dei gratiam, & vberem postea frugem esse peruenturam.

13.

TITVLVS V.

DE IEIUNIIS EC-
clesiæ.

Ieiunia, quæ vel indixit Ecclesia, vel vsus communis pridem recepit, ab omnibus in Diœcesi nostra seruari volumus: quorum rationem & modum diligenter explicabunt Parochi, & reliqui verbi Dei ministri, ut sciat populus, quomodo ieiunandum sit, & quis ex ieiunio fructus ad id ipsos redundet. Sciant cō-

I.
Luc. 2.

k 3

plo

2. plo, ieiunijs & obsecrationibus ser-
 uies Domino die ac nocte, Ipse quoq;
 Christus denuntiat Apostolis, fore vt
 Lucæ 5. ieiunēt, cū ablatus ab eis fuerit Spō
 sus: quod eos fecisse crebrò scriptura
 Acto. 14. commemorat. Nam ieiunantes & o-
 3 rantes Paulum & Barnabam dimise-
 4 runt ad opus Euangelij. Listris etiā,
 Iconio, & Antiochię, cū Presbyte-
 ros constituissent per Ecclesias, cū ie-
 iunijs & orationibus cōmendauerūt
 eos Domino. Tanta fuit nimirū eius
 5 ieiunij vis, tanta dignitas, vt eo, præ-
 clarū illud creandorum Ecclesię mi-
 nistrorum opus, ornandum sibi esse
 6 putauerint. Priuatim autem de sin-
 gulis Apostolis quid attinet dicere?
 cū Paulus Gētium, id est noster ma-
 gister, seipsum in multis ieiunijs ver-
 2. Cor. 6. satum fuisse dicat, & nos hortetur, vt
 exhibeamus nos sicut Dei ministros,
 in vigilijs, in ieiunijs, in castitate,
 quod ipsum alios etiam fecisse, dubi-
 tandum non est.

7 Doceant, non posse ieiunia fideiū
 Matth. 6. fructuosa non esse: quandoquidē il-
 lis nomen iustitię Christus ipse tri-
 buit

buit, ac magis etiam eorum fructum
 expressit, cum dixit: Hoc genus Dæ- 8
 monij non eijcitur, nisi oratione &
 ieiunio. Negari enim non potest, ci Matth. 17.
 bo subducto, sumi pœnas de nobis ip-
 sis, & reddi nos aptiores ad omne pie-
 tatis genus præstandum, prauosque a-
 nimi motus recta ratione cohiben-
 dos. Nā venter plenus, facilè despu- 9
 mat in libidinem, & à saturitate ad
 incontinentiam, proximus est gra-
 dus. Sedit populus manducare &
 bibere, Paulus inquit, & surrexerūt
 ludere.

Cæterum, hortentur fideles Paro- 1. Cor. 10.
 chi, vt cum ieiunant, non solùm cor- 10
 pus à cibis delicatioribus, verùm eti-
 am mentem à capitalibus vitijs cohi-
 beant. Vtriusque enim hominis cau-
 sa indicuntur ieiunia, nimirum vt &
 corpus refrenetur, & animus fiat ad 2. Cor. 4.
 res diuinas contemplandas incitati- 11.
 or. Quò magis corrumpitur exte-
 rior homo noster, hoc interior ma-
 gis renouatur de die in diem. Nam
 frustra caro affligitur, lasciuiente
 spiritu: & parùm prodest corpus

k 4 inedia

Esaï. 58.

13

14

15

16

Luc. 18.
Mart. 6.

17

18

19

20

21

22

1. Cor. 11

23

inedia confici, nisi modus adhibeatur vitijs. Hoc est enim, inquit Propheta, ieiuniū quod elegi. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Id verò vt fiat, caro domanda est, ne Spiritui repugnet, neue iugum rationis excutiat. Neque verò alio fine, quàm quo dictum est, suscipiantur ieiunia. Damnatur enim Pharisæus, qui ieiunans bis in sabbato, contempsit proximū. Damnantur & illi, qui exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Quare vt fructuosum sit ieiunium, hominem vtrumque freno cohiberi oportet, ab escis alterum, alterum à vitijs.

Suscipiuntur autem ieiunia, vel sponte nostra, vel ex Ecclesiæ præcepto, vel satisfactionum gratia. In omnibus his, locum habet pietas & iustitia. Pietatem facit libera nostri animi ad ieiunandum inductio: Iustitiam, obedientia. Si nos ipsos iudicaremus, Paulus inquit, non vtique iudicaremur à Domino. Iudicamus autem nos ipsos, quando in ipsis nobis

bis admissa vitia plectimus. Hæc vis grata est Deo, & præuenire præstat, quàm ab eius vindicta præueniri. Talibus ieiunijs vel spõtè susceptis, vel Ecclesiæ, quam audire tenemur, præcepto obseruatis, vltio de peccatis sumitur, caro lasciuiens domatur, & compescuntur motus animorum vitiosi, quibus ad rem collatis, homo deturpandus fuerat. Quæ verò satisfactionum nomine imponuntur à Confessarijs, ea, cùm ad poenitentiam pertineant, nullum hinc nostrum sermonem desiderant. Quam ob rem, non contemnat populus indicta ieiunia, nec putet onus esse importabile, vel opus Pharisaicum, sed ea libenter ac religiosè custodiat & obseruet, veluti spiritualia pharmaca.

Ab omni intemperantia, à luxu, ab ingluuie, & alijs pestibus eius generis, quoties ieiunandum est, diligenter sibi caueat, animo suo impetret, corpus ad omnem pietatem componat, vitia reprimat, mentem ad cœlestia erigat, & ad ea meditanda quæ sursum sunt, totam conuertat.

24

25

26

27

28

29

Liberiùs enim ac vtilius animis purgatis cœlestia speculari, & in illis cōtemplādis versari poterit.

28

Porro annua ieiunia, quæ in Diœcesi nostra obseruari volumus hæc sunt. Quatuor anni tempora. Quadragesima tota: Omnium Apostolorum vigiliæ, præter Philippi & Iacobi, ac Beati Ioannis Euangelistæ. Vigilia Natiuitatis Domini, Pentecostes, Ioannis Baptistæ, Laurentij. Omnium Sanctorum, Assumptionis Beatae Virginis ex præcepto. Reliquæ

29

vigiliæ eiusdem communiter ieiunantur de consuetudine. Dies Marci & Rogationum secundum antiquam consuetudinem ieiunentur, neque tamen his D. Marci & Rogationum diebus prohibeatur ouorum & lactis esus: & si quæ alia nobis postea indicenda videbuntur.

30.

31

Hæc omnia in Diœcesi nostra vbique obseruari volumus & mandamus. Quod si quem ab obseruando indicto ieiunio tenuior valetudo prohibeat, & alio cibo solidiore vtendum suadeat, is rem om-

32

nem

nem prius ad nos, vel ad Vicarium nostrum, vel Parochum suum referat, superiorumque suorum iudicio pareat, nec priuata sua libidine legem ieiunij soluat. Audacter verò & per contemptum, nemo sumat cibos prohibitos, nec alijs exemplo sit ad sumendum, nec ferat molestè, si propterea durius à Parocho acceptus fuerit: nam zelo Dei irascitur, inquit Hilarius, quisquis Christianum ieiunij die conuiujs luxuriantem viderit. Meminerint terribilis illius exempli Ionathæ, qui violato ieiunio quod pater eius indixerat, Deum offendit, patrem cum omni populo in luctum & mœrorem coniecit, se ipsum verò morti addixit,

33

In psal. 118
Vide Cōc.
Gangren.
Cap. 19.

Parochis autem cum ægrotis dispensare fas erit, ita tamen, vt eos ardentius orare, largioresque elemosynas propterea dare, & alia charitatis opera exercere iubeant, quos sic pensetur alio pietatis genere, quod fuit infirmitate prætermis-

34

1. Reg 14.

TITV

TITVLVS VI.

DE FESTIS.

Festorum duo sunt genera. nam
 alia **C**RISTI seruatoris no-
 stri: alia sunt Sanctorum ipsius pecu-
 liaria: vtrisque instituendis, non ali-
 ud spectauit Ecclesia, quàm honorē
 Dei, & populi fructum. Ac prioribus
 quidem, confirmatur præcipuè fides
 nostra, & pius in Deum affectus erigi-
 tur: posterioribus, vitæ puritas in ex-
 emplum trahitur. Quare in omni-
 bus Christi Domini solennitatibus,
 siue Natiuitas occurrat, siue Passio, si-
 ue Resurrectio & Ascensio, vel festa
 reliqua eius generis, hoc maxime
 prouidebunt Parochi, vt Christi be-
 neficia quàm notissima sint homi-
 nibus, vtque confirmetur fides om-
 nium, & in torpentibus animis gra-
 titudo suscitetur. In die Sanctissi-
 mæ Trinitatis, doceant populum,
 quid de Patre, Filio, & Spiritu sancto,
 quid de Trinitate, quid de proprietate
 personarum, deque vnitatem sub-
 stantiæ credere, sentire, profiterique
 debeant.

debeant: cui tractationi abundè Ca-
techismus Romanus argumenta
suppeditabit. Hortentur autem fide-
les, ne doctrinis hæreticorum huius
temporis, à recta fide abduci se patiā-
tur, nec velint altiora se scrutari, aut
plus quàm oportet sapere: sed capti-
uēt intellectum in obsequium fidei.

3

Eccle. 7. 3.

Rom. 12.

2. Cor. 10.

Nusquam enim difficilius inuenitur
veritas, nec erratur periculosius,
quàm in hoc mysterio longè omniū
maximo, in quo ipsi etiam cęcutiunt
Angeli. Inter omnia festa Sancto-
rum, præcipuum locum tenent ea,
quæ sunt Deiparæ virgini dicata.

4

Quorum singula pro more pridem
iam ætatē recepto, ab omnibus Diœ-
cesis nostrę Parochis celebrari volu-
mus. In primis verò festum Assum-
ptionis Beatę virginis, quod Ecclesia
nostra Cathedralis ritu solenni quo-
tannis celebrat, ab omnibus religio-
sissimè obseruari mandamus.

6

In herbis & fructibus benedicen-
dis, ab vsitato more non recedant.

Theodo.

Balsam. in

3. Canonē

apostolicū.

Nam hoc die flos ille puritatis cœlos
petiuit, supplicaturus pro nobis fi-
lio.

lio.

7 lio. Ecclesia quoque Græca, vvas & fructus tanquam primitias foetuum ex arboribus, offert Deo, vnde putatur ad nos etiã vtrisque benedicendis mos tractus. siue autem his quæ diximus, siue alijs de causis id fiat in Ecclesia, iuuat morem vsitatum diligenter conseruari, populumque institui, vt sciat non prius donis Dei sibi vtendũ esse, quàm verbo dei & oratione sanctificata, proque his publicè in Ecclesia gratia peractæ fuerint.

8
Vide actio
nē 3. Syno.
2. Nicæ.
Cyrill. li. 6
& 10. cõt.
Julianũ.
Rom. 5.
1. Cor. 15.
1. Cor. 6.
2. Cor. 6.

Ephes. 4.
Luc. 9.

8 Festis Beatæ Virginis, succedunt Apostolorum & aliorum Sanctorum festa, siue hi Martyres, siue Confessores fuerint, siue Virgines: quæ quoties celebramus, Deo præcipuè gratias agimus, per quem vocati sunt in gratiã, per quem steterunt & saluati sunt. Quod enim hi tẽpla fuerunt Dei, & Spiritus sancti viua domicilia, factũ est illius beneficio & gratia singulari.

9 Neq; tamẽ non habent & ipsi vnde apud pios cõmendentur. Nã quòd nõ defuerunt gratiæ Dei, nec Spiritũ sanctũ contristârũt, quòd nõ respexerũt retro, nec sunt reuersi post Sathanã, quod

quòd crucē Christi portârunt, & no-
men eius palam confessi sunt, seipfos ^{1. Tim. 9.}
quoq; virgines castas seruârunt, in eo
libēter sanè pro eo ac debemus, & do-
na Dei agnoscimus, & labores ipsorū
prædicamus ac certamina. Fuerunt e-
nim cooperatores gratiæ Dei, non re-
ceperunt eā in vanum, sed, quoad e-
ius fieri potuit, diuino munere suo-
que studio conseruârunt integram.

Quo factū est, vt probati sint Dei te-
stimonio, & laudē eorū annūtiēt Ec-
clesia Sanctorū. Hos itaq; imitādos fi- ^{Eccle. 44.}

delibus proponāt Parochi. nā & Pau- ^{IO.}
lus imitari se iubet. Et Hebręos horta- ^{1. Cor. 4.}

tur, vt efficiātur imitatores eorū, q̄ fi- ^{Cap. 6.}
de & patiētia hæreditârūt p̄missiones
Abrahæ. Iacob⁹ verò: Exēplū accipi- ^{Cap. 5.}

te, inquit, fratres mei, afflictionis & pa- ^{II}
ciētix Prophetas. Neq; dicat quisquā.
Nō possū esse Petr⁹, nō Paulus, nō vti ^{Lib. 1. de}

reliqui Apostoli. Audiat Chryso- ^{Cōpunct.}
mū respōdētē. Ne nosmetipsos sedu- ^{cordis te-}
camus dicētes: Impossibile est vt sit a- ^{mo. 5.}
liquis vti Paulus. Siquidē signorū ac
miraculorum, sapientiæ, gratiæq; e-
ius contemplatione, nullus poterit
esse

160 **CONSTITVT. VVLADISLAV.**

Aug. ferm. 31. de tēpo. esse Paulus. ceterum vitæ ratione &
 Chryf. ho. conuersationis diligentia, præsto est
 19. in locū volenti imitari illum, quod quia nō
 Euāgelij: fit, voluntas in culpa est. Volumus
 Domine præterea notam esse Parochis nostris
 quoties peccabit in illam Diui Augustini sententiam:
 me frater
 12 Populus Christianus memorias Mar.
 Li. 10. cōt. tyrum religiosa solennitate concele
 Faust. c. 21. brat, & ad excitandam imitationem,
 & li. 8. de ci & vt meritis eorum consocietur, &
 uita. c. vlt. & orationibus adiuuetur. Hæ sunt e.
 & 22. c. 16. nim festorum dierum præcipuè cau.
 & Tract. sæ. Ac de imitatione quidem iam di.
 44. in Ioā. ximus. Superfunt Preces & merita:
 Sessi. 25. quorum alterum auxiliij, alterum est
 Ecclef. 48. præmij. Quare doceant, valere pre.
 de Elia. ces tam eorum, qui in hac misera fra
 2. Macha. giliq; vita degunt adhuc nobiscum
 15. de Hier. in terris, quàm qui beatiore illa iam
 13 Dei benignitate fruuntur in coelis.
 Vide Na- Ac illorum sanè multò magis, quan
 zans. in E- do nihil iam de se solliciti, omnia in
 pitap. Basi. nos transferunt, & supplicantium af
 Theo. li. 8. fectum, & supplicationis fructum.
 de Marty. Quorum merita prodesse homi.
 & 9. de le nibus non omninò pessimis, is demū
 gib. Chryf. intelligit, qui Sanctorum commu.
 in ferm. de nionem
 B Iob Ba- sil. de 40.

14

Marty. A
 than. de in

tionem rectè intelligit, & membrorum illum nexum admirabilem in vno corpore, cuius caput Christus est. Nam siue dolet vnū membrum, dolent & alia; siue gaudet, gaudent & reliqua membra.

Nec nouum illud est, vel ab imperitis hominibus falsò inuentum, Deum aliorum causa ignoscere alijs.

Ignouit Loth propter Abraham, Ciuitati Segor propter Loth, Hierusalem propter Dauid pridem vita functum. Quin & Christus Paralyticū sanauit propter fidem portantium: Cananæam propter supplices matris preces. Filium Reguli ob patris obsecrantis, & Centurionis puerum ob ipsius Domini fidē. Et sunt alia multa eius generis exempla, quæ nostræ doctrinæ causa, scriptura commemorat. Hæc tamen ita prædicari volumus à Parochis nostris, & reliquis

DEI verbi ministris, non vt honor Christo capiti debitus, transferatur aliò, vel eius gloria detur alijs: verum vt Christi quoque corpori sub Christo capite sua sit dignitas. Qua in re,

14

carnat. verbi. Euf. li. 6 ca. 5. Amb. de viduis. & serm. 77 & 91. Aug. li. 1. de doctri. Christi. ca. 30. 1. Cor. 12.

15

Amb. li. 5. in Lucā de paral. sanato. Chryf. homi. 42. in Gene. Et in serm. de poenitē. & cōfessi. & de virtutib. & vitijs Tom. Gene. 19. 4. Re. 19. 20.

16

Luc. 5. Matt. 15. Ioan. 10.

1 concii-

concionatores cautos esse oportet, vt modum tradendę sanę doctrinę teneant, & sic orationem suam in cōcionando attemperent, vt neque ad dexteram, neque ad sinistraum defleant: sed & regia via incedentes, conseruataq̃ue Christo gloria, Sanctose ius à contemptu vindicent, & in honorem debitū asserant. Quod si quę alia festa præter suprà commemorata, vel pridem indixit, vel deinceps indicet communis mater & magistra nostra Romana Ecclesia, ea quoque non minori celebritate quàm superiora, iuxta præscriptum tamen illius, ab omnibus in Diœcesi nostra vbiuis diligēter obseruari volumus & mandamus.

17 Curabunt autem Parochi & Concionatores Diœcesis nostrę, vt festis diebus, non alijs, quàm sacris rebus

18 populus vacet. Claudantur tabernę alięque domus meritorię, cessent cōuentus opificum & aliorum ociosorum hominum, cessent saltationes & ebrietates, quę licet inueterato, pessimo tamen more, festis præcipuè diebus

Vide Matif
con. Cōci.
ca. 1.

ebus, vbique fieri consueuerunt. Pu-
deat facere Christianos sacris tempo-
ribus, quod nec Ethnici, nec Iudæi fa-
ciunt. Tum enim requies nobis est à
laboribus manuum, maior aut à qui-
buscūq; tandem vitijs. Nam peccatū,
seruitus est omnium longè grauiissi-
ma. Qui enim facit peccatum, seruus
est peccati. Vtantur hac in parte ma-
gistratus etiā secularis opera, & eius fi-
de implorata, omnes has pestes, quo-
ad eius fieri possit, prohibeant. Alio-
qui laborare præstabat, quàm pecca-
re; & iuxta D. Augustini sententiam,
arare quàm saltare.

19

Festa verò Diœcesis nostræ sunt
hec: Primū omnia tota duplicia to-
tius anni. Deinde duplicia & semi-
duplicia infra scripta: videlicet, Apo-
stolorum omnium, Nicolai Episco-
pi, Adalberti, Stanislaj, Inuentionis
& Exaltationis Crucis, Ioannis Ba-
ptistæ, Magdalenæ, Michaëlis, Marti-
ni, Elizabeth, Catharinæ, omniū San-
ctorum, dies animarum ad meridiē,
Marci Euangelistæ ad meridiem ce-
lebre, iuxta morem antiquum.

20

1 2

Et

Et si qua sunt vel erūt alia ab Ecclesia
precepta, quæ de more pridem iam v-
su recepto, notabuntur quotannis in
libello siue indice, vulgò Rubricel-
la nuncupato, qui Sacerdotum causa
in publicum dari consuevit.

TITVLVS VII.
DE FVNERALIBVS
et sepulturis.

Eusebi. de
vita Cōstā-
ri. Amb. de
obitu Saty.
Viēto. lib. 1
persec.

Vāda. & 2.
Clem. Ro.
li. 6 ca. 30.
Cōstāt. To
leta. 3. Syn.
ca. 22.

1.

Durād. ex
Diony. li. 7
Rationalis
cap. 34.

2.

3.
Vide. 3. Sy-
no. Tolet.
ca. 22. Cle
mēt. Rom.

Magna religione curata priscis
temporibus fuisse Christiano-
rum funera, testis est vetustas vniuer-
sa, adeò, vt non pauci viri pij & erudi-
ti, ritum condendorum corporum
literis posteritati mandauerint, nec
immeritò. Sunt enim defuncti Chri-
sti & Ecclesiæ Dei membra, fratresq;
nostri. Et quia erant dum viue-
rent, casta Spiritus sancti domici-
lia, ideò tanto maior illis terra con-
dendis, adhibenda est honestas. Nec
defuerunt, qui eos mortuos in signū
charitatis, etiam osculis dignari vo-
luerint. Quibus condendis, propte-
rea cantus, propterea hymni sunt ad-
diti, vt doceantur fideles, eos et si vi-

ta

ta functos, non perijſſe tamē, ſed meliore ſœlicioreque vita in Chriſto viuere: Quin & eorum corpora licet exefa, & in leuiſſimum puluiſculum reſoluta, eſſe nihilominus cū Dominus ad iudicandum venerit, omninò reuictura. Hæc ſolennis cœremonia, quæ tumulandis corporibus defunctorum adhibetur, eſt veluti quoddã reſurrectionis noſtræ perquam illuſtre testimoniū, quo ſolamur nos ipſos in dolorib⁹ vitæ, mortisque angoribus. Quam ob rem, propoſitis ob oculos defunctorum corporibus, veluti clara editaque voce hortatur aſtantes omnes Eccleſia, vt ſinguli finem ſuum cogitent, ac nouiſſimorum recordētur, quo poſſint cohibere ſe à peccatis, & ſemper parati eſſe. Neſcimus enim quando Dominus venturus ſit, ſerò an media nocte, an galli cantu, an mane. Beati ſunt autem ſerui illi, quos, cū venerit, inuenerit vigilantes.

Verūm vt alijs in rebus, ita & in hac, non parū hoc tempore ab officij religione deflexum eſt, quando

1 3

ſic

li. 6. ca. 30.
Conſtit. Vi
tor. li. 2.
perſec. Vā-
dali.

4

5

6

Marc. 13.
Luc. 12.

7

fic non rarò defunctorum funera curantur, vt à charis brutorum cadaueribus non multum videantur abesse: nihilque magis laboratur à nonnullis, quàm vt primo quoque tempore terræ mandata, obruantur obliuione sempiterna, & eorum memoria pereat cū sonitu: vt verè pius ille Iob dixerit, Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum.

Psal. 9.

Iob 10.

8

Quare mandamus omnibus Sacerdotibus Diœcesis nostræ, in primis verò Parochis, vt diligenter in eam officij sui partem incumbant, & funerapiorum religiosè tumulari curēt.

9.

Adhibeatur cantus, qui de more in Processionibus & templis haberi consuevit: idque fiat cum ea honestate, quæ & ipsos deceat, & populum ad extrema sua recordanda incitet. Est enim non vulgaris piorum consolatio, quando concinnis vocibus illud caniaudiunt: Reuertere anima mea

10

Psal. 114.

Psal. 26.

Chryf. homi. 4. in 2.

ca ad Heb.

in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi: & iterum, Credo videre bona Domini in terra viuentium. Hæ voces, & alię multæ eius

11

gene.

generis, ferream etiam pectus emol-
liunt, fidemque resurrectionis vehe-
menter confirmant. Nec esset in-
commodum, fortassis etiam necessa-
rium, in aliquo maiore præsertim po-
pularium funebrali concursu, ser-
monem breuem facere, quo docean-
tur astantes, quid secum in eiusmodi
conuentibus meditari debeant.

Nam vita Christianorum non est
aliud, quàm mortis perpetua me-
ditatio, & moriendi certa quædam
doctrina: quandoquidem effugere
mortem licet nemini. Pertineret
hæc illis commonefactio, & ad vi-
tam in melius commutandam, &
ad animum fide resurrectionis ma-
gis etiam & perfectiùs confirman-
dum. Conuiuia funeralia, etsi non
omnino improbamus, si sobria & mo-
derata fuerint: malleamus tamen pau-
peres & egenos illis interesse cum pi-
js Ecclesiæ ministris, quàm quoscun-
que alios profanos, quibus venter
magis solet esse cure, quàm defuncti
fratris spiritus.

l 4 Memi-

12

13

14

15

16

17.

Meminerint verò Parochi, se debitores esse, vt statim pro suę Parochiæ defunctis, preces Deo fundant, ac Sacrosanctum Missæ sacrificium offerant, eisq; refrigeria concedi postulent. Nam si vnquam antea, tunc certè animæ corporibus solutæ, eorum ope maximè indigent, sibiq; à Deo precibus illorum, & sanctis sacrificijs misericordiam fieri cupiunt.

18

Conc. Tri-
beri .ca.

Legata mortuorum fideliter exequantur, in quibus fraudis aliquid admisisse, instar est sacrilegij. Sepulturæ

19

16. Cōc. Va
sens 13. q. 2
p̄cipiendi.
Grego. li.
7 episto. e
pist. 4 & 55.

verò nomine quicquam exigi omnino vetamus: inhumanum est enim, etiam ex defunctis fratribus lucrum facere velle. In sacris verò locis, infideles, hæretici seu Schismatici, publicè excommunicati, nominatim interdicti, manifesti vsurarij, quiq; sibi manus violentas attulerunt, vel qui ob patratū scelus trucidati sunt, nec vlla vel piæ mentis in Deum, vel resipiscentiæ signa morituri dederūt. Item blasphemj, & alij absq; vlla pœnitentia vita perfuncti, humari non debent.

20

publicè excommunicati, nominatim interdicti, manifesti vsurarij, quiq; sibi manus violentas attulerunt, vel qui ob patratū scelus trucidati sunt, nec vlla vel piæ mentis in Deum, vel resipiscentiæ signa morituri dederūt. Item blasphemj, & alij absq; vlla pœnitentia vita perfuncti, humari non debent.

Loca

Loca sepulturæ siue Cœmiteria, diligenter custodiant Parochi, ne quid ibi sit immundum, ne pascatur pecudes, aliaque bruta pererrent. Sunt enim dormitoria in Christo quiescentium: Sint septis & cancellis munita, & omnibus sordibus prorsus vacua. Interest enim religionis, busta mortuorum seruari & ornari.

21

22

TITVLVS VIII.

DE SODALITATIBVS ET

Fraternitatibus.

Sodalitates institutæ sunt in oppidis, Ecclesiæ proximorumque adiuuandorum causa: non vt ventri seruiant fratres, & potationibus operantur, vel sua priuata commoda sectentur, verum vt iuuent proximos, re, ope, opera, consilio. Si quis ex fratribus fortuna iniquiore premitur, si cui res est angusta, si dissensio cū quoquam intercedit, si pax & concordia turbatur, Sodalitatum officium est, iuuare huiusmodi: & vt quietè vitā fratres ac propinqui transigant, prouidere.

I.

2 uidere. Habent autem Sodalitates
 etiam in Ecclesia partes suas, quæ in
 disciplina inter fratres retinenda, in
 visendis & solandis ægrotis, in fune-
 3 randis mortuis, in comitanda Sacro-
 sancta Eucharistia, & alijs diuinis of-
 ficijs promouendis, versantur. Eas,
 qui fratres sunt, diligenter obeant,
 & quæ debent, gnauiter præstent, Pa-
 rochoque suo cum opus est adiuuen-
 4 to sint in omnibus. Erit autem Ar-
 chidiaconorum munus proprium,
 vt eorum constitutiones videant &
 5 examinent, si quæ fuerint eiusmodi,
 vt non videantur esse ferendæ, eas abole-
 ri curent, substitutis eorum in locum
 6 alijs melioribus. Qui sunt in Sodalitate
 viri nobiles vel diuites, abie-
 ctorum & pauperum curam gerant.
 Qui consilio & sapientia valent, op-
 3 pressos, errantes, indoctos, quibus pos-
 sunt rationibus iuuent.
 7 Omnibus verò in commune sit
 hoc propositum, diligenter cauere,
 ne quis Deum offendat, ne quis esu-
 riat, vel rebus necessarijs egeat, vt om-
 nis postremò similtas, odium atque
 inimici.

inimicitia tollatur è medio, & fit omnium cor vnum & anima vna. Quoniam verò habent etiam quibusdam in locis suas Sodalitates Presbyteri, et certis temporibus agunt conuentus: volumus & mandamus, quoties conuenerint, vt ita se gerāt, quò possint exemplo esse ceteris popularibus.

Orent pro defunctis fratribus, sacrificia celebrent, conciones habeant, populum ad pietatem colendam, & ad mortis recordationem hortētur.

Dispiciant etiam, nunquid sit inter fratres, quod ferri non oporteat: consulant inuicem de ratione plebis gubernandæ: alter alterum in bono vincere studeat: infirmiores fortior confirmet, peritior indoctiores doceat. Si quid non rectè fit in Ecclesijs fratrum, emendetur communi consilio: si cuius vita obest fidelibus, castigetur, & eam contradicentibus & obiurgantibus multis, in meli⁹ mutare cogatur. Sic futurū est, vt fructuosus habeatur eorū couēnt⁹, & nos magno labore videbimur leuati. Hic est enim couēntū eiusmodi

scopus

Acto. 4.

8.

9

10

11

12

13

14

15

16

17

scopus, vt discant fratres ex mutuis colloquijs, quomodo sint pericula vitæ præsentis perferenda, tentationes, que spirituales & corporales superanda. Legant autem primo die sui congressus, has nostras Constitutiones Synodales, & Decretum Concilij Tridentini de personali Parochorū residentia, vt quanta obligatione in cōscientia teneantur, scire queant.

18
Sessi 23. c.
1. & Sessi. 6
cap. 2.

TITVLVS IX.

DE POENIS.

STatuimus postremò, vt poenæ Canonicae, tam iure comprehensæ, quàm constitutionibus Synodalibus aliàs æditis annexæ: horum Constitutionum transgressoribus, vbi peculiaris poena adiecta non fuerit, infligatur. Quarum auctio vel moderatio, penes nos esse debebit. Sed & aliam quamcunque arbitrariam poenam, pro delicti modo, personarumq; ac locorum qualitate, infligendam & exigendam, nobis reseruamus.

Hæc

HAEC nos interea in rem Clerino
stri fancienda nobis esse putauimus, quæ ab omnibus & singulis diligenter obseruari volumus. Si quid verò his nostris legibus defuerit, vt quidem pleraque deesse libenter agnoscimus, de his postea deliberatione suscepta, viderimus. Neque enim simul statui possunt omnia. Datum in Synodo nostra Diœcesana VVladislauensi. XVI. KL. Aprilis. Anno à CHRISTO Deo seruatore nostro nato, duodesseptuagesimo supra Millesimum & quingentesimum.

3

4

**CONSTITUTIONVM SY-
nodalium VVladislauensi-
um finis.**

INDEX